Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

que forte alia ponitur alij non aduersentur. Seqũr deinde mathe⁹
adhuc tempo⁹ ordinẽ seruans. hec illo loquente ad eos. ecce unus
p̃ceps accessit. & adorabat eum dicens. Filia mea m̃ defuncta
est. sed ueni impone manu sup eam & uiuet. & cetera usq; ad illud
ubi aut & surrexit puella. & exiit fama hec in uniuersam
terram illam. Dicunt hoc & alij duo mare⁹ & lucas. sed ab illo ordi
ne iam recedunt. Alibi enim hoc recordantur atq; inserunt.
idẽ in eo loco ubi redit transfretando a regione gerasenor⁹. p⁹
expulsa & in porcos p̃missa demonia. nam hoc mare⁹ ita con
iungit p⁹ illud apud gerasenos factum. Et cum transcendisset
inquit ihc in naui rursus transfretum. conuenit turba
multa ad eum. & erat circa mare. Et uenit quidam de archi
synagogis nomine iayrus. & uidens eum procidit ad pedes
eius. & cetera. Ac p hoc intelligendum ẽ hoc quidẽ de archisyna
gogi filia factum ẽ. cum transcendisset ihc in naui rursus
transfretum. sed quanto p⁹ non apparet. Hisi enim fuisset inter
uallum. non ẽt quando fieret quom̃ narrauit matheus
in conuiuio domus suę. Tamquam de alio q̃ppe narrauit
more euangelistarum. quod de se ad domui suę gestum erat.
Post quod factum nichil aliud continuo sequitur. quã hoc
de archisynagogi filia. Sic enim ipse contexit. ut ipse transit⁹
apte indicet hoc consequenter narrari. quod & consequenter
factum ẽ. quando quidem cum supi⁹ cõ memorasset que de pan
no nouo & de uino nouo dixerit ihc. continuo subiecit.
hec illo loquente ad eos. ecce p̃ceps unus accessit. Ac p hoc si
hec illo loquente accessit. nichil aliud factor⁹ dictor⁹q; eius
interpositum est. In narratione autẽ mare⁹ patet locus ubi
interponi alia potuerunt. sicut iam ostendimus. Similiter &
lucas cũ p⁹ narratum apud gerasenos miraculum. transit